

## XXIII.

### CONLATIO ABBATIA THEONAE TERTIA

#### *De anamarteto*

\*

### DRIE EN TWINTIGSTE GESPREK. DERDE VAN ABT THEONAS

#### *De zondeloosheid*

- |   |  |
|---|--|
| I. Disputatio abbatis Theonae de eo quod apostolus dicit: <i>non enim quod uolo facio bonum</i>                                   | 1. Betoog van Abt Theonas over wat de Apostel zegt: <i>Ik doe niet het goede dat ik wil</i> (Rom. 7,19)  |
| II. Multa bona apostolum consummasse  | 2. De Apostel heeft vele soorten goed verricht   |
| III. Quid sit uere bonum, quod apostolus semet ipsum perficere non posse testatur   | 3. Wat is het ware goed waarvan de Apostel getuigt dat hij het zelf niet kan volbrengen?   |
| IV. Bonitatem humanam atque iustitiam non esse bonam, si diuinae bonitati ac iustitiae conferatur                                 | 4. De menselijke goedheid en rechtvaardigheid zijn niet goed als men ze vergelijkt met de goddelijke goedheid en rechtvaardigheid                |
| V. Neminem summo illi bono intentum esse iugiter posse  | 5. Niemand kan voortdurend op het hoogste goed gericht zijn  |
| VI. Quod lippis similes sint hi qui se credunt esse sine peccato  | 6. Zij die denken dat ze zonder zonden zijn, lijken op mensen die aan een oogontsteking lijden   |
| VII. Quod hi, qui pronuntiant esse hominem posse sine peccato, duplici in hoc agantur errore                                      | 7. Zij die beweren dat de mens zonder zonde kan zijn, laten zich door een dubbele dwaling misleiden  |
| VIII. Quod paucorum sit intellegere peccata   | 8. Maar weinigen begrijpen de zonde  |
| IX. Qua cautione memoriam dei monachus debeat custodire   | 9. Met welke zorg de monnik de gedachte aan God moet bewaren   |
| X. Quod hi qui ad perfectionem tendunt in ueritate humilientur et dei gratia semper se sentiant indigere                          | 10. Zij die naar de volmaaktheid streven vernederen zich en weten dat ze altijd Gods genade nodig hebben   |
| XI. Expositio illius sententiae: <i>condelector enim legi dei secundum interiorem hominem</i> et cetera                           | 11. An explanation of the phrase: <i>I delight in the law of God according to the inner man</i> and so forth                                     |
| XII. Item illius: <i>scimus autem quoniam lex spiritalis est</i> et cetera  | 12. And of this: <i>We know that the law is spiritual</i> and so forth   |
| XIII. Item illius: <i>scio autem quod non habitat in me, hoc est in carne mea bonum</i>   | 13. And of this: <i>I know that good does not dwell in me, that is: in my flesh</i>  |
| XIV. Obiectio, quod neque infidelium personis conueniat neque sanctorum quod ait: <i>non enim quod uolo facio bonum</i> et cetera | 14. An objection to the effect that the words <i>The good that I want I do not do</i> and so forth, apply neither to unbelievers nor to the holy |
| XV. Responsio ad obiectionem propositam   | 15. The reply to the objection that was offered  |
| XVI. Quid sit corpus peccati  | 16. What the body of sin is  |
| XVII. Quod sancti omnes ueraciter inmundos se et peccatores esse confessi sunt  | 17. That all holy persons have truthfully confesses themselves unclean and sinners   |
| XVIII. Etiam iustos et sanctos sine peccato non esse  | 18. That even the righteous and the holy are not without sin   |
| XIX. Quod in ipsa quoque orationis hora peccatum declinari uix possit   | 19. Zelfs op het moment van het gebed kan de zonde nauwelijks vermeden worden  |
| XX. A quibus sit peccati euacuatio et uirtutum discenda perfectio   | 20. Van wie men moet leren zich van de zonde te ontdoen en zich te vervolmaken in de deugden   |
| XXI. Quod licet agnoscamus nos sine peccato non esse, non debeamus tamen nosmet ipsos a dominica comunione suspendere             | 21. Ofschoon we erkennen dat we niet zonder zonde zijn, moeten we ons toch niet uitsluiten van de communie van de Heer                           |

#### I. DISPUTATIO ABBATIS THEONAE DE EO QUOD APOSTOLUS DICIT: *NON ENIM QUOD UOLO FACIO BONUM*

Reuersa igitur luce cum ad perscrutandam abyssum apostolicae quaestionis summa a nobis senex compelleretur instantia, ita effatus est. testimonia quibus probare conamini apostolum Paulum non ex sua, sed pro peccatorum dixisse persona: *non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago, uel illud: si autem quod nolo, hoc facio, iam nou ego*

#### 1. *Betoog van Abt Theonas over wat de Apostel zegt: Ik doe niet het goede dat ik wil* (Rom. 7,19)

1. Once it was light again, then, we very insistently obliged the old man to search out the depths of the question involving the Apostle, and he spoke as follows: U probeert te bewijzen dat de apostel Paulus niet in zijn eigen naam, doch in naam van de zondaars heeft gezegd: *Ik doe niet het goede dat ik wil, maar het kwade dat ik haat, dat doe ik* (Rom.7,19); of ook

*operor illud sed quod habitat in me peccatum, uel quod sequitur: condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati quae est in membris meis, e contrario euidenter ostendunt peccatorum personae haec non posse omnimodis conuenire, sed ad solos quae dicta sunt adtinere perfectos et eorum tantum qui apostolorum merita subsequuntur congruere castitati.*

2. ceterum quo pacto hoc peccatorum personae poterit conuenire quod dicitur: *non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago?* sed ne illud quidem: *si autem quod nolo, hoc facio, iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum.*

quis enim delinquentium nolens se adulteriis fornicationibusque contaminet?

quis inuitus proximo tendat insidias?

Quis ineuitabili necessitate cogatur, ut falso testimonio hominem opprimat furtoque decipiat, ut alterius spolia concupiscat uel sanguinem fundat?

3. quin immo, ut scriptum est, *humanum genus diligenter intentum est ad nequitiam a iuuentute sua.*

in tantum enim omnes uitiorum amore flagrantes desiderant implere quae cupiunt, ut etiam peruigili cura oportunitatem committendi sceleris aucupantes etiam timeant ne libidinum satietate tardius potiantur, et de ignominia sua et criminum cumulo gloriantes secundum sententiam obiurgantis apostoli laudem sibi quandam de confusione conquirant.

4. quos etiam Hieremias propheta non solum non nolentes nec cum requie cordis et corporis flagitiorum crimina perpetrare, uerum etiam in tantum eos adserit laboriosis conatibus ut ad effectum eorum perueniant desudare, ut a letali scelerum adpetitu nec obsistentibus eis arduis difficultatibus reuocentur, dicens: *ut inique agerent, laborauerunt.*

5. illud quoque quis dixerit peccatoribus conuenire:

dit: *Als ik doe wat ik niet wil, ben ik niet meer de handelende persoon, maar de zonde die in mij woont* (Rom. 7,20); of wat daarop volgt: *Naar de innerlijke mens schep ik behagen in Gods wet, maar in mijn ledematen ontwaar ik een andere wet, die strijd voert tegen de wet van mijn rede en mij gevangen houdt onder de wet van de zonde die in mijn ledematen heerst* (Rom. 7,22-23). Maar deze getuigenissen bewijzen duidelijk juist het tegendeel: ze zijn volstrekt niet op de persoon van de zondaars van toepassing; wat daar gezegd wordt, betreft de volmaakten alleen en beantwoordt slechts aan de zuiverheid van hen die de verdiensten van de apostelen volgen.

Hoe zou overigens dit woord op de persoon van de zondaars van toepassing kunnen zijn: *Ik doe niet het goede dat ik wil, maar het kwade dat ik haat, dat doe ik* (Rom. 7,19)! En ook het volgende niet: *Als ik doe wat ik niet wil, ben ik niet meer de handelende persoon, maar de zonde die in mij woont* (Rom. 7,20).

Want welke zondaar belast zich tegen zijn wil met echtbreuk en ontucht?

Wie spant zijn naaste een strik zonder het te willen?

Wie wordt er met onvermijdelijke noodzaak gedwongen om zijn evenmens door een vals getuigenis te verdrukken of om hem te bestelen en te bedriegen, of om een ander te willen beroven of bloed te vergieten?

Integendeel, zoals er geschreven staat, *het menselijk geslacht is met zorg op kwaad bedacht vanaf zijn jeugd* (Gen. 8,21 LXX).

Zij die branden van de zucht naar het kwaad, verlangen zozeer te vervullen wat ze begeren, dat ze met de uiterste zorg naar de gelegenheid uitzien om hun misdaad te bedrijven. Zij zijn zelfs bang om te laat te genieten van de voldoening van hun begeerten. Ze gaan groot op hun schande en op de opeenstapeling van hun misdaden. Volgens het verwijtende woord van de Apostel stellen zij hun eer in hun schande.

En van hen zegt de profeet Jeremia dat ze hun misdaden bedrijven niet alleen zonder dat hun wil zich verzet en in alle rust van gemoed en van lichaam, maar hij verzekert dat ze zich zelfs inspinnen en uitsloven om tot hun doel te geraken, en zich door geen hindernis of harde moeilijkheid van hun dodelijke zucht naar de zonde laten afhouden. *Ze sloven zich uit, zo zegt hij, om kwaad te doen* (Jer. 9,5).

Wie zou voorts zeggen dat het volgende de zondaars

*itaque ego ipse mente seruius legi dei, carne autem legi peccati, quos nec mente nec carne deo seruire manifestum est?*

aut quemadmodum hi qui corpore peccant mente seruiant deo, cum uitiorum fomitem caro ex corde concipiat et ipse auctor utriusque naturae fontem atque originem peccatorum ex eo pronuntiet emanare *de corde*, inquit, *procedunt cogitationes malae, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia et cetera?*

6. quamobrem euidenter ostenditur nullo modo hoc de peccatorum intellegi posse personis, qui non solum non oderunt, sed etiam diligunt mala et in tantum deo nec mente nec carne deseruiunt, ut ante delinquant mente quam carne, et priusquam corporis expleant uoluptatem, praeueniantur mentis suae cogitationumque peccato.

## II. MULTA BONA APOSTOLUM CONSUMMASSE

Superest igitur ut uirtutem sensus ex intimo dicentis metiamur adfectu, et quid beatus apostolus dixerit bonum quidue conparatione eius pronuntiauerit malum non nuda significatione uerborum, sed eodem quo ille discutiamus intuitu, intellectum quoque eius secundum dignitatem pronuntiantis ac meritum perscrutemur.

tunc enim sententias deo inspirante prolatas secundum propositum ac uoluntatem eius comprehendere poterimus, cum eorum a quibus promulgatae sunt statum ac meritum perpendentes non uerbo, sed experimentis parem induerimus adfectum, pro cuius qualitate sine dubio uel concipiuntur uniuersi sensus uel sententiae proferuntur.

2. quamobrem quid sit principaliter bonum quod apostolus non potuerit perficere cum uellet, diligentius indagemus.

Multa enim nouimus bona, quae beatum apostolum omnesque illius meriti uiros et habuisse per naturam et adquisisse per gratiam negare non possumus.

est enim bona castitas, laudabilis continentia, miranda prudentia, larga humanitas, circumspecta sobrietas, modesta temperantia, pia misericordia, sancta iustitia:

past: *Aan mijzelf overgelaten dien ik dus met mijn rede de wet van God, maar met mijn vlees de wet der zonde (Rom. 7,25)?* Zij dienen God noch met de rede noch met het vlees!

Hoe zouden zij die met hun lichaam zondigen, met hun rede God dienen? Het lichaam ontvangt de brandstof voor de ondeugd uit het hart, en de Schepper van beide verklaart dat daaruit de bron en de oorsprong van de zonde voortvloeit: *Uit het hart, zegt Hij, komen voort boze gedachten, echtbreuk, ontucht, diefstal, valse getuigenis (Mt. 15,19).*

Uit dit alles blijkt duidelijk dat dit niet van de persoon van de zondaars begrepen kan worden; want die hebben niet alleen geen haat tegen het kwaad, maar ze beminnen het. Ze dienen God noch met de rede noch met het vlees: ze misdoen eerst met de rede, dan met het vlees, vóór ze de begeerte fysiek ten uitvoer brengen, heeft de zonde van hun rede en hun gedachten hen voorkómen.

## 2. De Apostel heeft vele soorten goed verricht

Rest ons nu dat we de draagwijdte van die woorden meten vanuit het intieme gevoel van hem die ze gezegd heeft. Wat de zalige Apostel goed heeft genoemd en wat hij, daarmee vergelijkend, als kwaad heeft bestempeld, moeten we niet volgens de loutere betekenis van de woorden vaststellen, maar volgens de zienswijze die de Apostel zelf had. We moeten voorts bij het onderzoek naar zijn gedachte rekening houden met de waardigheid en de verdienste van hem die ze gesproken heeft.

Wij zullen dan de woorden die op Gods ingeving zijn uitgesproken, in overeenstemming met zijn idee en zijn wil kunnen begrijpen, als we de staat en de verdiensten weten af te wegen van hen die ze verkondigd hebben. We moeten daartoe ons dezelfde gevoelens eigen maken - niet in woorden, maar in ervaring. Elke gedachte, elke uitspraak, is zonder twijfel afhankelijk van de gevoelens die men heeft.

Laten we dus met zorg onderzoeken, wat voornamelijk het goed is dat de Apostel niet kon volbrengen ofschoon hij het wilde.

Want er zijn ontegenzeggelijk heel wat soorten goed die de zalige Apostel, en alle andere mannen van zijn niveau, van nature bezaten of door de genade verwierven.

Er is de goede kuisheid, de loffelijke onthouding, de bewonderenswaardige voorzichtigheid, de royale gastvrijheid, de omzichtige soberheid, de bescheiden

quae omnia in apostolo Paulo eiusdemque consortibus ita plena atque perfecta fuisse non dubium est, ut uirtutum magisterio potius quam uerborum ab eis religio doceretur.

3. quid quod iugi ecclesiarum omnium cura ac peruigili sollicitudine semper exusti sunt?

quantum hoc misericordiae bonum, quanta perfectio est, pro scandalizantibus uri, cum infirmantibus infirmari!

cum ergo tantis apostolus abundauerit bonis, quid illud sit boni, cuius perfectione caruerit, non poterimus agnoscere, nisi in illum quo ipse locutus est profecerimus adfectum.

4. omnes itaque quas diximus eum habuisse uirtutes quamuis uelut gemmae splendidissimae atque pretiosae sint, tamen si praeclaro illi atque praecipuo margarito, quod ille euangelicus negotiator inquirens uniuersis quae possidet uenditis comparare desiderat, conferantur, ita earum meritum reuilescit atque contemnitur, ut eis sine cunctatione distractis unius tantum boni possessio locupletet bonorum innumerabilium uenditorem.

III. QUID SIT UERE BONUM, QUOD APOSTOLUS SEMET IPSUM PERFICERE NON POSSE TESTATUR

Quid ergo est unum quod illis tantis tamque innumeris bonis tam incomparabiliter praeponatur, ut spretis abiectisque omnibus solum debeat possideri?

nimirum illa pars optima, cuius magnificentiam ac perpetuitatem cum relicto susceptionis atque humanitatis officio Maria praelegisset, ita praedicatur a domino: *Martha Martha, sollicita es et turbaris circa multa: paucis uero opus est aut etiam uno. Maria bonam partem elegit, quae non auferetur ab ea.*

una ergo est theoria, id est contemplatio dei, cuius merito omnia iustificationum merita, uniuersa uirtutum studia postponuntur.

et illa quidem omnia, quae in apostolo Paulo fulsisse praediximus, non solum bona et utilia, uerum etiam magna atque praeclara sunt.

matigheid, de liefdevolle barmhartigheid, de heilige rechtvaardigheid:

al deze deugden waren ongetwijfeld volledig en volmaakt aanwezig in Paulus en in hen die waren zoals hij, want zij onderwezen de godsdienst meer door hun deugden dan met hun woorden.

Wat te zeggen van het feit dat zij steeds door de voortdurende zorg en spanning om alle kerken werden verteerd?

Wat een barmhartigheid, wat een volmaaktheid, te gloeien voor hen die ten val komen, zwak te zijn met de zwakken!

Wat is dan toch, bij de overvloed van zoveel goed in de Apostel, dat ene waarvan hij de volmaaktheid miste? Wij kunnen het niet begrijpen, als wij niet tot dezelfde gezindheid komen als waarin hij heeft gesproken.

Al die deugden die we bij hem hebben opgesomd, kunnen dan al zijn als schitterende en kostbare edelstenen: hun waarde vermindert en is niets meer, als we ze vergelijken met de voortreffelijke en bijzondere parel waarnaar de koopman uit het evangelie zoekt en die hij verlangt te verwerven, door alles te verkopen wat hij bezit. Zonder aarzeling gaat alles aan de kant, en het bezit van dat ene goed maakt hem die talloze zaken heeft verkocht, tot een rijk man.

3. *Wat is het ware goed waarvan de Apostel getuigt dat hij het zelf niet kan volbrengen?*

Wat is dan toch dat ene, dat zó onvergelijkbaar uitgaat boven zo groot en zo talrijk ander goed, dat men alles niets moet achten en verwerpen om dat alleen te bezitten?

Het is het beste deel, dat Maria in z'n grootheid en bestendigheid verkoos boven de dienst van het onthaal en de gastvrijheid: waarom zij aldus door de Heer geprezen wordt: *Marta, Marta, over veel maakt ge u bezorgd en bekommerd. Toch is maar weinig noodzakelijk, of zelfs maar één ding. Maria heeft het beste deel gekozen, en het zal haar niet ontnomen worden (Lc. 10,41-42).*

Het ene is dus de theoria, dat is de beschouwing van God. Bij de waarde daarvan staan alle verdiensten van goede werken, alle streven naar deugd, ten achter.

Ongetwijfeld, alles wat wij hiervoor bij de apostel Paulus zagen schitteren, is goed en nuttig en zelfs groot en uitmuntend.

2. sed sicut uerbi gratia stagni metallum, quod alicuius utilitatis et gratiae putabatur, fit argenti contemplatione uilissimum et rursum auri comparatione meritum euanescit argenti, aurum quoque ipsum gemmarum conlatione contemnitur et ipsarum nihilominus quamuis insignium multitudo gemmarum unius margariti uincitur claritate, ita illa omnia merita sanctitatis quamuis non solum ad praesens bona et utilia sint, uerum etiam donum aeternitatis adquirent, tamen si diuinae contemperationis meritis conferantur, uilia atque ut ita dixerim uendibilia censebuntur.

et ut hanc eandem comparationem etiam scripturarum confirmet auctoritas, nonne de uniuersis quae a deo creata sunt generaliter scriptura pronuntiat dicens: *et ecce omnia quae fecit deus, bona ualde*, et iterum: *uniuersa quae fecit deus bona in tempore suo?*

3. haec igitur quae in praesenti non solum bona simpliciter, uerum etiam cum additamento ualde bona pronuntiantur (sunt enim re uera in hoc mundo commorantibus nobis aut ad usum uitae aut ad corporis medicinam aut ad aliquam causam ignotae nobis utilitatis adcommoda uel certe in eo etiam ualde bona, quod faciunt nos *inuisibilia dei a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspicere, sempiternam quoque uirtutem eius ac diuinitatem* ex tanta tamque ordinata molitione fabricae mundialis et omnium quae in ea sunt subsistentia contemplari),

haec tamen omnia nec boni nomen tenebunt, si futuro illi saeculo conparentur, ubi nulla bonorum inmutatio, nulla est uerae beatitudinis formidanda corruptio.

4. cuius mundi ita beatitudo describitur: *erit lux lunae sicut lux solis, et lux solis septemplex sicut lux septem dierum.*

magna igitur haec et praeclara intuitu atque mirifica si futuris ex fide promissionibus conferantur, continuo uanitas apparebunt dicente Dauid: *omnia sicut uestimentum ueterescent. et sicut opertorium mutabis ea, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui nou deficiunt.*

ergo quia nihil est per semet ipsum stabile, nihil inmutabile, nihil bonum nisi deitas sola, omnino uero

Maar het is ermee als met bijvoorbeeld tin: dat heeft een zekere nuttigheid en schoonheid. Maar bij de beschouwing van zilver wordt het waardeloos, en op zijn beurt vergaat de waarde van zilver bij de vergelijking met goud. Maar ook goud is niets meer vergeleken bij edelstenen, en ook de edelstenen, al zijn ze groot en prachtig, worden in glans overtroffen door één enkele parel. Zo is het ook met al die verdiensten van de heiligheid. Ofschoon ze niet alleen voor de tijd van nu goed en nuttig zijn, maar zelfs de gave van de eeuwigheid doen verkrijgen, zullen ze toch, als men ze met de prijs van de goddelijke beschouwing vergelijkt, van weinig waarde worden geacht, gemakkelijk te verkopen, als ik zo zeggen mag.

Om deze vergelijking met het gezag van de Schriften te bevestigen: van alles wat door God geschapen is, zegt de Schrift algemeen: *En zie, alles wat God gemaakt had, was zeer goed* (Gen. 1,32 LXX); en ook: *Alle dingen die God gemaakt heeft, zijn goed op hun tijd* (Sir. 39,16 LXX).

Alles wat er dus is in de wereld van nu, wordt niet alleen eenvoudigweg goed genoemd, maar in de overtreffende trap zeer goed.

En inderdaad, ze dienen ons, die in deze wereld verblijven, tot levensonderhoud, tot genezing van ons lichaam of tot een of ander nut waarvan de betekenis ons ontgaat. En ook zijn ze zeer goed doordat ze ons *het onzichtbare van God doen zien, waargenomen in zijn werken, van de schepping der wereld af*. Zij doen ons *zijn eeuwige macht en zijn goedheid* aanschouwen, uitgaande van de grootheid en van de orde van het heelal en van alles wat daarin bestaat (Rom. 1,20).

Toch verdient dit alles de naam van goed niet, als we het vergelijken met die toekomstige wereld, waar geen enkele verandering van het goede, geen enkele misvorming van het ware geluk te vrezen valt.

De zaligheid van die wereld wordt aldus beschreven: *Het licht van de maan zal zijn als het licht van de zon, en het licht van de zon zal zevenvoudig zijn, als het licht van zeven dagen* (Jes. 30,26).

Al wat dus hier groot is en schitterend en wonderlijk om te zien, zal ijdel blijken zodra men het vergelijkt met wat het geloof ons voor de toekomst belooft. *Alle dingen zullen verslijten als een kleeft, zegt David. Gij verwisselt ze als een mantel, ze zullen verdwijnen; maar Gij blijft dezelfde en uw jaren nemen geen einde* (Ps. 101,27-28).

Niets derhalve is uit zichzelf blijvend, niets onveranderlijk, niets goed dan God alleen. Geen enkel

creatura, ut beatitudinem aeternitatis uel inmutabilitatis obtineant, non hoc per suam naturam, sed per creatoris sui participationem et gratiam consequuntur, tenere meritum bonitatis creatori suo conlata non possunt.

### III. BONITATEM HUMANAM ATQUE IUSTITIAM NON ESSE BONAM, SI DIUINAE BONITATI AC IUSTITIAE CONFERATUR

Quodsi etiam manifestioribus adhuc testimoniis huius sententiae rationem uoluerimus adstruere, nonne cum multa pronuntiari bona in euangelio legerimus, et arborem bonam et thesaurum bonum et bonum hominem et bonum seruum, quia *non potest*, inquit, *arbor bona malos fructus facere et bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona*, et: *euge, serue bone et fidelis*, et utique hos omnes secundum se bonos esse non dubium sit, si respiciamus ad bonitatem dei, nullus eorum pronuntiabitur bonus dicente domino: *nemo bonus nisi solus deus?*

2. cuius intuitu etiam ipsi apostoli, qui electionis merito bonitatem generis humani multis excesserant modis, mali esse dicuntur, domino ad eos ita loquente: *si ergo uos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis uestris, quanto magis pater uester qui in caelis est dabit bona petentibus se.*

denique sicut bonitas nostra supernae bonitatis intuitu in malitiam uertitur, ita etiam iustitia nostra diuinae conlata iustitiae panno menstruatae similis deputatur dicente Esaia propheta: *sicut pannus menstruatae uniuersae iustitiae nostrae.*

3. et ut aliquid adhuc euentius inferamus, legis quoque ipsius praecepta uitalia, quae dicitur *data per angelos in manu mediatoris*, et de qua idem apostolus: *itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum et iustum et bonum*, si perfectioni euangelicae conferantur, minime bona diuino pronuntiantur oraculo.

ait enim: *et dedi eis praecepta non bona, et iustitias, in quibus non uiuent in eis.*

apostolus quoque ita noui lumine testamenti gloriam legis adfirmat obtundi, ut euangelici conparatione fulgoris nec glorificandam esse proclamet dicens: *nam*

schepsel komt door zijn eigen natuur tot de eeuwige, onveranderlijke zaligheid, doch alleen door een deelname aan zijn Schepper en uit genade. Daarom kan het, vergeleken met zijn Schepper, de naam van goed niet verdienen.

### 4. De menselijke goedheid en rechtvaardigheid zijn niet goed als men ze vergelijkt met de goddelijke goedheid en rechtvaardigheid

Er zijn nog wel duidelijker getuigenissen, als wij willen, om het hierboven beweerde te staven. Van vele dingen lezen we in het evangelie dat ze goed genoemd worden: een goede boom, een goede schat, een goede mens, een goede dienaar. *Een goede boom kan geen slechte vruchten voortbrengen* (Mt. 7,18). *Een goed mens brengt uit de schat van zijn hart goede dingen te voorschijn* (Mt. 12,35). *Uitstekend, goede en trouwe dienaar* (Mt. 25,21). En het lijdt volstrekt geen twijfel dat dit alles op zich goed is. Maar als we kijken naar de goedheid van God, dan kan er niets van dat alles goed worden genoemd: *Niemand is goed dan God alleen*, zegt de Heer (Lk. 18,19).

Bij Hem vergeleken worden zelfs de apostelen zelf, die door hun uitverkiezing de goedheid van het menselijk geslacht op velerlei wijze te boven gingen, slecht genoemd, waar de Heer aldus tot hen spreekt: *Als jij dus, ofschoon jij slecht zijt, goede gaven weet te geven aan uw kinderen, hoeveel te meer zal dan uw Vader die in de hemel is, het goede geven aan wie Hem daarom vragen* (Mt. 7,11).

Trouwens, zoals onze goedheid vergeleken bij de goedheid van boven in slechtheid verkeert, zo wordt ook onze gerechtigheid naast de goddelijke gerechtigheid een stonddoek geacht, zoals de profeet Jesaja zegt: *Heel onze gerechtigheid is geworden als een doek, door stonden bezoedeld* (Jes. 64,6).

En om een nog duidelijker getuigenis aan te halen: de levensgeboden van de Wet, waarvan gezegd wordt dat *zij werd gegeven door engelen en door tussenkomst van een middelaar* (Gal. 3,19), en waarvan de Apostel zegt: *De Wet is heilig en het Gebod is heilig, rechtvaardig en goed* (Rom. 7,12). Maar vergeleken bij de volmaaktheid van het evangelie, worden ze allerminst goed genoemd door het woord van God:

*Ook gaf Ik hun wetten die niet goed waren, en geboden waarbij ze niet leven konden* (Ez. 20,25).

Ook de Apostel verzekert dat de glorie van de Wet zó nietig wordt bij het licht van het nieuwe testament, dat ze zelfs niet meer geroemd mag worden als men haar

*nec gloriosum est id quod glorificatum est propter excellentem gloriam.*

vergelijkt met het evangelie: *Wat eens heerlijkheid scheen, is eigenlijk geen heerlijkheid vergeleken bij deze alles overtreffende heerlijkheid* (2Kor. 3,10).

4. quam comparationem etiam in parte contraria, id est in peccatorum meritis compensandis scriptura conseruat, ut eos qui multo minus peccauerunt impiorum conlotione iustificet dicens: *iustificata est Sodoma ex te*, et iterum: *quid enim peccauit soror tua Sodoma? et: iustificauit animam suam auersatrix Israhel, conparatione praeuaricatricis Iudae.*

De Schrift maakt dezelfde vergelijking bij het tegenovergestelde, wanneer zij de zonden tegen elkaar afweegt. Degenen die veel minder gezondigd hebben, noemt ze in vergelijking met de goddelozen rechtvaardig: *Sodoma is bij u vergeleken rechtvaardig* (Ez. 16,52), en: *Wat heeft uw zuster Sodoma gezondigd?* (Ez. 16,49). En elders: *Rechtvaardig is Israël, de Afvallige, vergeleken bij Juda, de Trouweloze* (Jer. 3,11).

ita igitur et uniuersarum merita uirtutum, quae superius comprehendendi, cum per se bona atque pretiosa sint, tamen theoreticae claritatis conparatione fuscantur.

Zo is het met de waarde van alle deugden die ik boven heb opgenoemd: hoewel ze op zich goed en kostbaar zijn, verbleken ze in vergelijking met de helderheid van de theoria, de beschouwing.

multum etenim sanctos quamuis bonorum operum, terrenis tamen studiis occupatos a contemplatione sublimis illius boni retrahunt ac retardant.

Doordat ze de heiligen in beslag nemen, weliswaar met goede werken, maar toch met aardse zaken, hinderen en vertragen ze voor de beschouwing van het hoogste goed.

V. NEMINEM SUMMO ILLI BONO INTENTUM ESSE IUGITER POSSE

5. Niemand kan voortdurend op het hoogste goed gericht zijn

Nam quis eripiens inopem de manu fortiorum eius et egenum et pauperem a diripientibus eum, quis conterens molas iniquorum et de medio dentium eorum rapinas extorquens in ipso intercessionis opere diuinae gloriae maiestatis quietam mentem suspiciat?

Neem het voorbeeld van iemand die *de zwakke ontrukkt aan de hand van de sterke, de behoeftige en arme aan zijn plundersaars* (Ps. 34,10), die *de boosdoener de tanden breekt en hem de prooi uit zijn kaken rukt* (Job. 29,17). Kan hij, terwijl hij tussenbeide komt, in de rust van zijn geest opzien naar Gods heerlijke Majesteit?

quis alimoniam pauperibus subministrans aut aduenientium turbas beniuola humanitate suscipiens in eo temporis puncto, quo pro necessitatibus fratrum sollicita mente distenditur, immensitatem supernae beatitudinis speculetur, et cum praesentis uitae angoribus curisque concutitur, futuri saeculi statum eleuato e terrenis contagiis corde prospiciat?

Iemand die de armen te eten verschaft of die talloze mensen die aankomen, welwillend gastvrijheid verleent, kan hij op het moment dat hij vol zorg door de behoeften van zijn broeders in beslag wordt genomen, de mateloze zaligheid van boven beschouwen? Als iemand door de drukkende zorgen van het huidige leven verontrust wordt, kan hij dan met 'n hart dat boven de aardse besmetting is verheven, naar het leven van de toekomstige wereld uitzien?

2. unde beatus Dauid solum hoc bonum homini esse definiens deo iugiter inhaerere desiderat dicens: *mibi autem adhaerere deo bonum est: ponere in domino spem meam.*

Daarom verlangt de heilige David God voortdurend aan te hangen en definieert hij dat als het enige goed voor de mens: *Het is mij goed, God aan te hangen; op de Heer mijn hoop te stellen* (Ps. 72,28).

quod etiam Ecclesiastes a nemine sanctorum sine querella perfici posse pronuntians *quia non est, inquit, iustus homo in terra, qui faciat bonum, et non peccabit.*

De Prediker zegt daarvan dat geen enkele heilige dit zonder strijd kan verwezenlijken: *Er is geen rechtvaardig mens op aarde die het goede doet zonder te zondigen* (Pred. 7, 20).

3. quis enim umquam quamuis praecipuus omnium iustorum atque sanctorum huius corporis uinculis conligatus summum hoc bonum ita possidere potuisse credendus est, ut numquam a diuina contemplatione discedens ne paruo quidem tempore ab eo qui solus bonus est terrenis cogitationibus putetur abstractus?

qui umquam nullam cibi, nullam indumenti aliarumue carnalium rerum gesserit curam, numquam de fratrum susceptione, de loci conmutatione, de cellulae extructione sollicitus aut opem aliquam humani concupierit adiuuenti aut inopiae sterilitate uexatus illam sententiam dominicae increpationis incurrerit: *ne solliciti sitis animae uestrae quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini?*

4. denique illum ipsum apostolum Paulum, qui omnium sanctorum laborem passionum numerositate transcenderat, nequaquam hoc inplere potuisse confidenter adstruimus, ipso in Actibus apostolorum discipulis adtestante: *ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi opus erant et his qui mecum sunt ministrauerunt manus istae, uel cum Thessalonicensibus scribens in labore et fatigatione nocte et die operatum se fuisse testatur.*

quibus licet magna eidem meritorum stipendia pararentur, tamen mens eius quamuis sancta atque sublimis non poterat non ab illa caelesti theoria intentione terreni operis aliquando diuelli.

5. denique cum se tantis actualibus ditari fructibus cerneret et e contrario theoriae bonum corde pensaret ac uelut in una lance tantorum laborum profectum, in altera delectationem diuinae contemplationis adpenderet, diu examine pectoris sui quodammodo castigato, dum illum hinc laborum stipendia inmensa delectant, illinc desiderium unitatis et inseparabilis Christi societatis etiam ad resolutionem carnis inuitat, anxius tandem proclamat et dicit: *quid eligam ignoro. Coartor autem e duobus, desiderium habens dissolui et cum Christo esse, multo enim melius: permanere autem in carne magis necessarium propter uos.*

6. cum igitur multis modis boni huius excellentiam

Van wie zou men ooit kunnen geloven, al was hij ook de meest uitmuntende van alle rechtvaardigen en heiligen, dat hij erin geslaagd zou zijn om, gebonden door de boeien van zijn lichaam, het hoogste goed onafgebroken te bezitten, zonder ooit af te laten van de beschouwing van God, zonder zich ook maar 'n ogenblik door aardse gedachten te hebben laten afleiden van Hem die alleen goed is?

Wie heeft er nooit enige zorg gehad om eten, om kleding of om andere aardse zaken, wie werd er nooit in beslag genomen door de ontvangst van broeders, door een verandering van woning, door de bouw van een cel, zodat hij ofwel een of andere menselijke hulp begeerde ofwel in zijn onrust om zijn machteloosheid zonder uitkomst, dit verwijt van de Heer verdiende: *Weest niet bezorgd voor uw leven, wat ge zult eten, en ook niet voor uw lichaam, waarmee ge u zult kleden (Mt. 6,25).*

Tenslotte heeft zelfs de apostel Paulus, wiens lasten in aantal de inspanning van alle heiligen overtroffen heeft, dit ideaal niet kunnen vervullen. We beweren dit in alle vertrouwen, omdat hij het zelf in de handelingen der Apostelen aan zijn leerlingen heeft getuigd: *Gij weet zelf dat deze handen voorzien hebben in mijn eigen behoeften en in die van mijn gezellen (Hand. 20,34).* En schrijvend aan de Thessalonicenzen, getuigt hij dat hij *dag en nacht heeft gearbeid, met veel inspanning en vermoeienis (2Tess. 3,8).*

Daarmee heeft hij zich een schat van verdiensten bereid, maar zijn geest, hoe heilig en verheven ook, kon onmogelijk niet van tijd tot tijd van de hemelse beschouwing zijn afgeleid vanwege de aandacht voor aardse werkzaamheden.

Trouwens, terwijl hij zich rijk zag van de overvloedige vruchten van het actieve leven, overwoog hij anderzijds in zijn hart het goed van de beschouwing. Hij woog ze tegen elkaar af: op de ene schaal het resultaat van zoveel werken, op de andere de verrukking van de goddelijke beschouwing. Lang verfijnt hij om zo te zeggen zijn inwendig oordeel: van de ene kant trekken hem de onmetelijke verdiensten van zijn inspanning, van de andere kant nodigt het verlangen naar de eenheid en de onafscheidelijke verbondenheid met Christus hem zelfs uit om heen te gaan uit zijn lichaam. In zijn twijfel roept hij tenslotte uit: *Ik weet niet wat ik moet kiezen. Van beide kanten word ik in het nauw gedreven: ik verlang heen te gaan om met Christus te zijn, want dat is verreweg het beste. Maar voor u is het nuttiger dat ik nog hier blijf (Fil. 1,22-24).*

Hij stelt dus dit voortreffelijke goed ver boven de



cunctis etiam praedicationis suae fructibus praetulisset, tamen caritatis, sine qua nemo dominum promeretur, contemplatione submittitur ac propter illos, quibus adhuc lac uelut nutricula uberibus euangelicis inmulgebat, diuulsionem a Christo sibi quidem noxiam sed ceteris necessariam nou recusat. etenim ad electionem huius potissimum rei illa nimia pietatis uirtute conpellitur, qua pro salute fratrum suorum, si esset possibile, etiam ultimurn anathematis malum optat se incurrere.

7. *optabam enim, inquit, ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati secundum carnem, qui sunt Israhelitae, hoc est: uellem ego non solum temporalibus, uerum etiam perpetuis addici poenis, dummodo omnes si fieri posset homines Christi consortio fruerentur:*

certus etenim sum utiliozem Christo et mihi omnium salutem esse quam meam. bonum ergo hoc summum, id est dei conspectu frui et Christo iugiter inhaerere ut perfecte apostolus posset adipisci, dissolui optat hoc corpore, quod caducum et multis fragilitatis suae necessitatibus inpeditum non potest a Christi consortio non auelli.

impossibile est enim etiam menti, quae tam crebris distenditur curis, tam uariis, tam molestis angoribus praepeditur, diuino frui semper intuitu.

quod enim tam pertinax sanctorum studium, quod tam arduum potest esse propositum, cui non aliquando ille uersutus insidiator inludat?

8. *quis ita solitudinis secreta sectatus est et uniuersorum mortalium consortia declinavit, ut numquam cogitationibus superfluis laberetur et intuitu rerum uel occupatione actuum terrenorum ab illa quae uere sola et bona est dei contemplatione decideret?*

quis tantum spiritus umquam potuit retinere feruorem, ut non interdum lubricis cogitationibus ab ipsa quoque orationis intentione translatus repente de caelestibus ad terrena conrueret?

quis nostrum, ut cetera peruagationum tempora praetermittam, non illo etiam momento, quo deo supplicans ad sublimia erigit mentem, quodam stupore conlapsus etiam per id uel inuitus offendat, per quod sperabat ueniam delictorum?

vruchten van zijn prediking. Maar hij buigt zich voor de liefde, zonder welke niemand de Heer verdient, en omwille van hen die hij als een min nog voedt met de melk van het evangelie, weigert hij de scheiding van Christus niet, die voor hemzelf wel schadelijk is, maar voor de anderen noodzakelijk. Hij wordt tot deze keuze gedreven door de overgrote kracht van zijn toewijding, die hem zelfs doet wensen om voor de redding van zijn broeders, als het mogelijk was, in het uiterste ongeluk van de vervloeking te geraken.

*Ik zou wensen, zegt hij, zelf vervloekt en van Christus gescheiden te zijn terwille van mijn broeders, mijn stamverwanten, Israëlieten (Rom. 9,3-4). Dat wil zeggen: Ik zou niet alleen aan tijdelijke, maar zelfs aan eeuwige straffen overgeleverd willen worden, mits maar alle mensen, zo het mogelijk was, de gemeenschap met Christus genoten;*

want ik ben er zeker van dat de redding van allen nuttiger is voor Christus en voor mijzelf dan de mijne. Om dus dit hoogste goed, Gods beschouwing genieten en Christus voortdurend aanhangen, volmaakt te kunnen bereiken, wenst de Apostel ontbonden te zijn van dit lichaam. Vergankelijk als het is en gehinderd door de vele behoeften van z'n zwakheid, kan dit onmogelijk niet van de gemeenschap met Christus worden afgetrokken.

Zelfs aan de geest, die door zoveel taken wordt verdeeld, die door zulke verschillende en drukkende zorgen wordt gehinderd, is het onmogelijk om steeds de beschouwing van God te genieten.

Welke hardnekkige toelg, bij de heiligen, welke strenge levensvorm, die nooit eens door de sluwe belager wordt bedrogen?

Wie heeft er zó de afzondering en de eenzaamheid gezocht en de gemeenschap met alle stervelingen ontweken, dat hij nooit door overbodige gedachten heeft gewankeld en door het kijken naar de dingen van de wereld en het bezig zijn met aardse zaken is afgezakt van de waarachtig enige goede, de beschouwing van God?

Wie heeft ooit zó'n vurigheid van geest kunnen onderhouden dat hij niet soms door vlinderende gedachten van de aandacht voor zijn gebed werd afgebracht en plotseling van de hemel op aarde viel?

Wie van ons is er niet - om van andere ogenblikken van afdwaling niet te spreken - op het moment zelf dat hij, God smekende, zijn geest hoog oprichtte, door een soort verstijving in onmacht geraakt en heeft aldus, zonder het te willen, een fout begaan juist door datgene waardoor hij vergiffenis voor zijn zonden verhoopte?

9. quis, inquam, tam exertus ac uigilans est, ut dum psalmum deo canit numquam ab scripturae sensu eius animus abducatur?

quis tam familiaris deo tamque coniunctus, qui apostolicum illud imperium, quo sine intermissione orare nos praecipit, uel uno die se gaudeat exsecutum?

quae licet omnia nonnullis, qui sunt crassioribus uitii inuoluti, leuia atque a peccato paene aliena uideantur, scientibus tamen perfectionis bonum etiam minimarum rerum multitudo grauissima est.

#### VI. QUOD LIPPIS SIMILES SINT HI QUI SE CREDUNT ESSE SINE PECCATO

Velut si in aliquam magnam domum multis sarcinis, instrumentis, uasculis inpeditam unum integra uisuum acie perspicacem, alterum cui oculorum lumen obtuderit lippitudo pariter ponamus ingressos, nonne cum ille, cui ad uidenda omnia hebens obsistit obtutus, nihil illic aliud esse confirmet nisi armaria, lectos, scamna, praesepia et quidquid non tam oculis speculantis quam manibus palpantis occurrerit, e contra hic, qui clarissimo luminum sidere etiam occulta rimatus est, multa illic minutissima et quae uix possint etiam numero comprehendi inesse proclamet, quae si aliquando in unum cumulum congregentur, paucorum quae ille palpauerat magnitudinem numerositate compensent aut etiam forte transcendant?

2. ita igitur etiam sancti atque ut ita dicamus uidentes, quibus summum perfectionis est studium, etiam illa, quae uelut tenebrosus animi nostri non intuetur aspectus, in semet ipsis sagaciter deprehendunt acerrimeque condemnant, usque adeo ut qui, sicut nostrae uidetur incuriae, ne tenui quidem peccati naeuo candorem uelut niuei corporis fuscauerunt, multis sibi maculis uideantur aspargi, si non dicam uanae cogitationis improbitas in atria mentis inreperit, sed uel psalmi qui dicendus est recordatio orationis tempore intentionem supplicantis auerterit.

3. si enim, inquiunt, cum a quolibet sublimi homine non dicam pro uita ac salute nostra, sed etiam pro alicuius lucri comodo supplicamus, totam in eum carnis et mentis aciem defigentes de nutu eius trepida expectatione pendemus, non mediocriter formidantes ne quod forte ineptum aut incongruum uerbum misericordiam audientis auertat, tum deinde si nobis in

Wie, zeg ik, is er zo geoefend en oplettend, dat wanneer hij een psalm zingt voor God, hij zich nooit laat afleiden van de zin van de Schrift?

Wie is er zo vertrouwd en verbonden met God, dat hij zich verheugen kan ook maar één dag het gebod van de Apostel te hebben uitgevoerd om zonder ophouden te bidden?

Dat alles lijkt zo weinig te betekenen en vrijwel niets met zonde te maken te hebben, voor menigeen die in erger ondeugden gewikkeld is. Maar voor hen die het goed van de volmaaktheid kennen, zijn vele van de kleinste dingen hoogst gewichtig.

#### 6. Zij die denken dat ze zonder zonden zijn, lijken op mensen die aan een oogontsteking lijden

Stelt u eens een groot huis voor dat vol staat met allerlei bagage, werktuigen en kleine huisraad. Er komen twee personen binnen: de één met gezonde, scherpe ogen, die helder ziet, de ander bij wie een ontsteking het licht van zijn ogen verduistert. Zal dan niet degene die door zijn zwakke gezicht wordt gehinderd om alles te zien, verzekeren dat er niets anders is dan kasten, bedden, banken en kribben, kortom alles wat er niet zozeer aan het gezicht als wel aan de tastzin geboden wordt? De ander daarentegen, die met zijn ogen als heldere sterren de meest verborgen hoeken heeft onderzocht, zal verklaren dat er vele, ja welhaast ontelbare kleine voorwerpen zijn, die, als men ze opeen zou stapelen, minstens evenveel of zelfs nog veel meer zouden zijn dan de paar grote voorwerpen die de eerste had gevonden.

Zo zijn ook de heiligen, die ik zienden zou willen noemen, die de grootste ijver hebben voor de volmaaktheid. Dingen die de duistere blik van onze ziel niet ziet, ontdekken zij in zichzelf met scherpe zin en veroordelen zij uiterst streng. Waar wij in onze onverschilligheid vinden dat geen vlekje van een kleine zonde hun sneeuw witte helderheid heeft besmet, zien zij zich met vuil bedekt, als, ik zeg niet het kwaad van een ijdele gedachte het binnenste van hun geest is ingekomen, maar als de herinnering van een psalm die ze nog moeten zeggen, hun aandacht afleidt tijdens het gebed.

Als wij iets afsmeken, zo redeneren zij, van een hooggeplaatste mens, niet eens voor ons leven en ons behoud, maar eenvoudig voor een of ander voordeel, dan is heel onze aandacht, inwendig zowel als uitwendig, op hem gericht; bevend van verwachting zien we uit naar een teken van zijn hoofd, en we vrezden niet weinig dat een ongepast of onhandig

foro ac iudicum saecularium tribunalibus constitutis, adsistente etiam e contra aduersario, in media persecutione atque conflictu tussis, excreatus, risus, oscitatio, somnus obrepserit, quanta in perniciem nostram uigilantissimus inimicus seueritatem iudicis commouebit inuidia:

4. quanto magis, cum illi occultorum omnium cognitori pro imminente perpetuae mortis periculo supplicamus, praesertim cum e diuerso callidus seductor pariter et criminator adsistat, intenta atque sollicita oratione iudicantis pietas inploranda est!

nec iniuste non solum leui peccato, sed etiam grauissimo crimine impietatis adstringetur, qui precem deo fundens subito a conspectu eius quasi ab oculis non uidentis nec audientis cogitationis improbae uanitatem secutus abscedat.

5. illi autem, qui oculos cordis sui contegunt crasso uelamine uitiorum ac secundum sententiam saluatoris *uidentes non uident et audientes non audiunt neque intellegunt*, uix in recessibus pectoris sui etiam illa quae magna et capitalia sunt crimina contemplantur, nullas autem cogitationum subreptiones, sed neque illos in se lubricos occultosque pruritus, qui mentem tenui atque subtili suggestionem compungunt, nec captiuitates animae suae possunt purgatis obtutibus intueri, sed inuerecundis semper cogitationibus euagantes nec dolere norunt, cum ab illa contemplatione quae singularis est distrahuntur, nec habent quod se doleant amisisse, quippe qui meritem suam ingruentibus ut libitum est cogitationibus expandentes nihil habent propositum, quod principaliter teneant uel quod omnimodis concupiscant.

VII. QUOD HI, QUI PRONUNTIANT ESSE HOMINEM POSSE SINE PECCATO, DUPLICI IN HOC AGANTUR ERRORE

Haec sane nos in hunc errorem causa praecipitat, quia anamarteti, id est inpeccantiae ipsius uirtutem penitus ignorantes existimamus nullam omnino culpam ex istis otiosis ac lubricis cogitationum excursibus nos posse contrahere, sed hebitudine stupefacti et uelut oculorum caecitate percussi nihil in nobis nisi capitalia crimina contemplantur eaque tantummodo credimus euitanda, quae legum quoque saecularium seueritate damnantur, a quibus si nos immunes uel paululum senserimus, nihil in nobis esse peccati protinus arbitramur.

woord zijn welwillendheid doet verdwijnen. Ofwel we staan voor het tribunaal van de rechters van deze wereld, met aan de andere kant onze tegenpartij. Stel dat we midden in het debat beginnen te hoesten, de keel te schrapen, te lachen, te gapen of te slapen: hoe ongenadig zal dan onze waakzame tegenstander de strengheid van de rechter weten aan te wakkeren, tot onze ondergang.

Hoeveel dan temeer in het gebed! Wanneer we Hem die al het verborgene kent, bidden om bevrijding uit het dreigende gevaar van de eeuwige dood, vooral wanneer tegenover ons de sluwe verleider en tegelijk beschuldiger staat, met wat een aandachtig en ernstig gebed moet dan de barmhartigheid van de rechter worden afgesmeekt!

Het is dus niet onjuist: men begaat meer dan een lichte zonde, het is een ernstig vergrijp jegens God, wanneer men tijdens het bidden plotseling van voor zijn aanschijn, alsof Hij niet ziet en niet hoort, weggaat, een ijdele, ongepaste gedachte achterna.

Maar zij die de ogen van hun hart met de dikke sluier van de ondeugd bedekken, en die volgens het woord van de Verlosser *al ziende niet zien en al horende niet horen en verstaan* (Mt. 13,13), onderscheiden nauwelijks in de schuilhoeken van hun binnenste de grote en ernstige zonden. Zij zijn echter absoluut niet in staat, de binnensluipende gedachten of de vluchtige en heimelijke prikkels, die hun geest op een fijne, geraffineerde wijze treffen, noch de banden die hun ziel gevangen houden, met gezuiverde blik te zien. Ze dwalen af in allerlei gedachten zonder enige ingetogenheid en ze hebben er geen pijn van dat ze worden afgetrokken van die beschouwing, die enig is. Ze hebben niets waarvan ze het verlies zouden kunnen betreuren: aangezien ze hun geest volkomen openstellen voor alle gedachten die hun maar aanstaan, hebben ze geen opzet, waaraan ze bij alles vasthouden en waarop ze al hun verlangens richten.

7. Zij die beweren dat de mens zonder zonde kan zijn, laten zich door een dubbele dwaling misleiden

De oorzaak die ons tot deze dwaling brengt, is onze volkomen onkunde van de deugd van de anamarteton, dat is, de zondeloosheid. We denken dat we geen enkele schuld kunnen oplopen door deze ijdele, vluchtige uitvallen van onze gedachten. Afgestompt en als met blindheid geslagen zien we in ons niets anders dan de grote misdaden en menen dat we alleen datgene moeten vermijden wat ook door de harde wetten van de wereld wordt veroordeeld. Als we ons daar ook maar een beetje vrij van voelen, denken we dat er in ons volkomen niets van zonde is.

2. proinde ab illo uidentium nuraero segregati, quia minutias multarum sordium quae intra nos congestae sunt non uidemus, nequaquam salubri conpunctione mordemur, si sensum nostrum interpellauerit aegritudo tristitiae, nec dolemus nos uanae gloriae suggestione pulsari, nec de emissa tardius uel tepidius oratione deflemus, nec reputamus ad culpam cur psallentibus uel orantibus nobis aliquid aliud quam ipsa oratio uel psalmus occurrerit, nec illud horremus, quod multa, quae uel loqui uel agere coram hominibus pudet, non erubescimus uel ad horam corde concipere, quod diuino nouimus patere conspectui, nec pollutionem turpium somniorum larga fletuum ablutione purgamus,

3. nec lugemus quod in ipsa elemosynae pietate, cum uel fratrum necessitatibus subuenimus uel alimonia pauperibus ministramus, serenitatem nostrae hilaritatis obnubilat auara cunctatio, nec feriri nos ullo credimus detrimento, cum derelicta memoria dei ea quae sunt temporalia atque corrupta cogitamus, ita ut nobis satis congrue Salomonis illud aptetur eloquium: *feriunt me, sed non dolui: et deluserunt me, ego autem nesciui.*

#### VIII. QUOD PAUCORUM SIT INTELLEGERE PECCATA

E contra hi qui summam totius uoluptatis et gaudii et beatitudinis suae in diuinarum ac spiritalium rerum tantum contemplatione constituunt, cum ab ea inuiti uel paululum uiolentis cogitationibus abstrahuntur, uelut quoddam in se sacrilegii genus praesentis paenitudinis puniunt ultione, ac uilissimam creaturam, ad quam sit detortus mentis intuitus, creatori suo se praetulisse lugentes paene dixerim impietatis sibi crimen adscribunt, et licet ad conspiciendam diuinae gloriae claritatem oculos cordis sui summa alacritate conuertant, tamen etiam breuissimas carnalium cogitationum tenebras non ferentes, quidquid ab illo uero lumine mentis aspectum retrahit, execrantur.

2. denique cum hunc beatus apostolus Iohannes adfectum cunctis uellet infundere, *filioli*, inquit, *nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. si quis diligit mundum, non est caritas dei in illo: quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum est et superbia uitae, quae non est ex patre, sed ex mundo est. et mundus perit et concupiscentia eius: qui autem facit uoluntatem dei,*

Omdat we vele kleine onreinheden die in ons zijn opgehoopt, niet zien, zijn we gescheiden van het getal der zienden. Daarom worden we door geen vruchtbaar berouw geraakt wanneer de ziekte van de droefheid ons gemoed komt storen; we hebben er geen pijn van dat de ingevingen van de ijdele glorie ons bewegen; we betreuren het niet dat we traag of lauw zijn in ons gebed. We achten het geen fout wanneer tijdens het psalmodiëren of bidden iets anders in ons opkomt dan het gebed of de psalm. En we vinden het niet erg dat we vele dingen, die we voor de mensen uit schaamte niet zeggen of doen, bij momenten denken in ons hart, waarvan we weten dat het voor Gods blikken openligt. We zuiveren niet door overvloedige tranen de bezoedeling van schandelijke dromen.

Bij de liefdedienst van de aalmoezen, hetzij we in de behoeften van de broeders voorzien, hetzij we de armen hun onderhoud verschaffen, berouwt het ons niet dat de aarzeling van de gierigheid onze onbewolkte blijdschap verduistert. We denken geen enkele schade te lijden wanneer we de gedachte aan God verlaten om aan tijdelijke en vergankelijke zaken te denken, zodat dit woord van Salomon heel juist op ons van toepassing is: *Ze hebben me geslagen, en ik voelde het niet; ze hebben me bedrogen, en ik merkte het niet* (Spr. 23,25).

#### 8. Maar weinigen begrijpen de zonde

Diegenen daarentegen die hun hele begeerte en vreugde en geluk in de beschouwing van goddelijke en geestelijke zaken stellen, zullen, zodra ze daarvan tegen hun wil ook maar even worden afgetrokken, dit onmiddellijk met boete bestraffen, als een soort van heiligschennis. Ze rouwen erover dat ze de armzalige schepselen, waarnaar de blik van hun geest zich heeft afgewend, boven hun Schepper hebben gesteld. Ze verwijten zichzelf, ik zou haast zeggen een goddeloosheid; en ofschoon ze de ogen van hun hart zeer vlug weer richten op Gods stralende heerlijkheid, de duisternis van vleselijke gedachten, al is het ook maar voor een kort moment, is hun ondraaglijk: ze verafschuwen al wat de blik van hun geest afrekt van het ware licht.

Dit gevoel heeft de zalige apostel Joannes aan allen willen meedelen, toen hij zei: *Kinderen, hebt de wereld niet lief noch de dingen in de wereld. Als iemand de wereld liefheeft, is de liefde van God niet in hem. Want al wat in de wereld is, is begeerte van het vlees en begeerte van de ogen en hovaardij van het leven; dat is niet van de Vader, maar van de wereld. En de wereld en haar begeerte gaat voorbij; maar wie*

*manet in aeternum.*

fastidiunt ergo sancti uniuersa quibus mundus iste subsistit, sed impossibile est ut non ad ea uel breui cogitationum rapiantur excessu, nullusque etiamnunc hominum excepto domino et saluatore nostro naturalem peruagationem mentis ita defixam semper in dei contemplatione continuit, ut numquam ab ea raptus mundanae cuiusquam rei dilectione peccaret, dicente scriptura: *sidera ipsa non sunt munda in conspectu eius*, et iterum: *si in sanctis suis non confidit, et in angelis suis repperit prauitatem*, siue ut emendatio translatio habet: *ecce inter sanctos eius nemo inmutabilis, et caeli non sunt mundi in conspectu eius.*

#### VIII. QUA CAUTIONE MEMORIAM DEI MONACHUS DEBEAT CUSTODIRE

Recte igitur sanctos, qui memoriam dei stabiliter retinentes quasi per extensas in sublime lineas suspensio feruntur incessu, schoenobatis, quos uulgo funambulos uocant, dixerim comparandos, qui summam suae salutis ac uitae in angustissimo funiculi illius tramite conlocantes atrocissimam se mortem protinus incursuros esse non ambigunt, si uel exigua pes eorum titubatione deuiauerit aut modum illius salutaris directionis excesserit.

2. qui dum arte mirifica aërios gressus per inania moliuntur, si illam angustiozem uestigio semitam non cauta atque sollicita moderatione seruauerint, terra, quae omnibus uelut naturalis est basis et solidissimum cunctis ac tutissimum fundamentum, fit illis praesens ac manifesta pernicies, non quia illius natura mutetur, sed quia illi ad eam praecipiti carnis pondere delabuntur.

ita etiam indefessa illa dei bonitas inmutabilisque substantia ipsa quidem neminem laedit, sed nos declinando a summis atque ad ima tendendo nobis ipsi consciscimus mortem, immo ipsa declinatio mors efficitur declinanti.

3. *uae enim inquit eis, quoniam recesserunt a me: uastabuntur, quoniam praeuaricati sunt in me*, et iterum: *uae eis cum recessero ab eis. arguet namque te malitia tua, et auersio tua increpabit te. scito, et uide quam malum et amarum est reliquisse te dominum deum tuum. funiculis namque peccatorum suorum unusquisque constringitur.*

*de wil van God doet, blijft in eeuwigheid* (Joh. 2,15-17).

De heiligen hebben dus een afkeer van alles waardoor deze wereld bestaat, maar het is onmogelijk dat ze er niet tenminste door korte dwalingen van hun gedachten naar toe worden getrokken. Niemand heeft tot nog toe onder de mensen, behalve onze Heer en Verlosser, zijn van nature beweeglijke geest zozeer op Gods beschouwing gericht weten te houden dat hij er nooit van af is getrokken en nooit heeft gezondigd door de liefde voor de dingen van de wereld. De Schrift zegt immers: *Zelfs de sterren zijn niet rein voor zijn ogen* (Job 25,5). En eveneens: *Zelfs op zijn heiligen kan Hij niet bouwen, en in zijn engelen vindt Hij ongerechtigheid*, of zoals een betere vertaling heeft: *Zelfs onder zijn heiligen is niemand onveranderlijk, en de hemel is niet rein voor zijn ogen* (Job 15,5).

#### 9. *Met welke zorg de monnik de gedachte aan God moet bewaren*

De heiligen die de gedachte aan God duurzaam trachten vast te houden, bewegen zich als lopend over in de hoogte gespannen lijnen in de ruimte voort. We mogen ze terecht met koorddansers vergelijken. Deze wagen hun hele leven en welzijn op de breedte van een koord: ze weten heel bewust dat ze onmiddellijk een wrede dood ingaan zodra hun voet ook maar even wankelt en afwijkt van de richting waarvan hun leven afhangt.

Wanneer deze bewonderenswaardige artiesten onder grote inspanning hun stappen zetten in de lege ruimte, hoe voorzichtig en zorgvuldig moeten zij dan niet het pad volgen dat smaller is dan hun voeten! Zo niet, dan wordt de aarde, die voor allen de natuurlijke basis en een uiterst stevige en veilige grondslag is, voor hen hun onmiddellijke en duidelijke ondergang. Niet dat de natuur van de aarde verandert, maar omdat zij er met het gewicht van hun lichaam op neervallen.

Op dezelfde manier hebben Gods onuitputtelijke goedheid en onveranderlijke substantie nooit iemand kwaad gedaan. Maar wijzelf, doordat we afwijken van het hoogste en neergaan naar het laagste, doen onszelf de dood aan. Ja, het afwijken zelf betekent onze dood.

*Wee hun*, zo zegt Hij, *omdat ze van Mij zijn weggevlucht. Verderf over hen, omdat zij tegen Mij hebben gezondigd* (Hos. 7,13). En: *Wee hun als Ik Mij van hen terugtrek* (Hos. 9,12). *Want uw boosheid zal tegen u pleiten en uw ontrouw zal u beschuldigen. Begrijp en zie dus in hoe kwaad en bitter het is de Heer uw God verlaten te hebben* (Jer. 2,19). *De mens*

ad quos satis competenter a domino increpatio illa dirigitur: *ecce, inquit, omnes uos accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestri, et in flammis, quas succendistis, et iterum qui incendit, inquit, malitiam, peribit ab ea.*

X. QUOD HI QUI AD PERFECTIONEM TENDUNT IN UERITATE HUMILIANTUR ET DEI GRATIA SEMPER SENTIANT INDIGERE

Cum ergo semet ipsos cotidie sentiant sancti terrenae cogitationis pondere praegravatos ab illa mentis sublimitate decidere et inuitos, immo uero etiam nescientes in legem peccati mortisque transduci atque, ut cetera praetermittam, illis saltem quae superius comprehendendi bonis quidem ac iustis, sed tamen terrenis a conspectu dei operibus auocari, habent profecto pro quibus ad dominum iugiter ingemescant, habent pro quibus in ueritate humiliati atque coupuncti non uerbis tantum, sed adfectu se pronuntiant peccatores et ueniam pro omnibus, quae cotidie superati fragilitate carnis incurrunt, a gratia domini iugiter postulantes ueras paenitentiae lacrimas indesinenter effundant, quippe qui uideant isdem ipsis se pro quibus continuo dolore uexati sunt etiam usque ad ultimum uitae finem aestibus inuolutos etiam ipsas supplicationes suas offerre se sine cogitationum anxietate non posse.

2. experti igitur se humanis uiribus desideratum finem obsistente carnis sarcina adtingere non ualere neque illi praecipuo summoque bono secundum cordis sui desiderium posse coniungi, sed ab eius intuitu captiuos ad mundana transduci, ad gratiam dei, *qui impios iustificat*, conuolantes cum apostolo protestantur: *infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum.*

sentiunt enim se bonum istud quod uolunt non posse perficere, sed in illud quod nolunt quodque oderunt malum, id est cogitationum motus uel curas carnalium rerum semper incurrere.

*wordt inderdaad in zijn eigen zonden verstrikt (Spr. 5,22).*

Aan dezulken wordt heel terecht door de Heer dit verwijt gericht: *Gij allen die vuur ontsteekt en u in vlammen hult, weg met u in de gloed van uw vuur, en in de vlammen die gij ontsteekt (Jes. 50,11).* En ook: *Wie kwaad ontsteekt, zal erdoor ten onder gaan (Spr. 19,9 LXX).*

10. *Zij die naar de volmaaktheid streven vernederen zich en weten dat ze altijd Gods genade nodig hebben*

Dagelijks ondervinden de heiligen dus dat ze met het gewicht van aardse gedachten zijn bezwaard: ze glijden af van de hoogten van de geest; zonder het te willen, ja zelfs zonder het te weten, gaan ze over naar de wet van de zonde en de dood; ze worden van Gods beschouwing afgewend minstens - om van de rest te zwijgen - door de dingen die ik boven heb opgesomd, goede en rechtvaardige werken, maar niettemin aardse. Ze hebben dus beslist reden om voortdurend tot de Heer te zuchten, ze hebben dus reden om zich waarachtig nederig en vol berouw zondaars te noemen, niet alleen met woorden maar uit overtuiging, ze hebben reden om echt tranen van berouw te storten, voortdurend vergiffenis vragend van 's Heren genade voor de dingen waar de zwakheid van het vlees hen dagelijks toe brengt. Want ze zien dat ze tot het laatste eind van hun leven in diezelfde onrust verwickeld blijven die hen zo telkens kwelt, en dat ze zelfs hun eigen smeekgebed niet op kunnen dragen zonder bekommerde gedachten.

Zich dus ervan bewust dat ze met menselijke krachten het verlangde doel vanwege de last van het vlees niet kunnen bereiken, ziende dat ze niet in staat zijn om zich met het voornaamste en hoogste goed te verenigen zoals hun hart het wenst, maar dat ze als gevangenen worden weggevoerd naar het aardse, ver van de beschouwing, nemen ze hun toevlucht tot de genade van God, *die de goddelozen rechtvaardigt (Rom. 4,5)* en bekennen met de Apostel: *Ik ongelukkige! Wie zal mij redden van dit bestaan ten dode? Gods genade, door onze Heer Jezus Christus (Rom. 7,24-25).*

Zij voelen dat zij het goede dat ze willen, niet kunnen volbrengen, maar telkens vervallen in het kwade dat zij niet willen en dat zij haten, dat wil zeggen de onrust van hun gedachten en de zorg voor aardse zaken.

XI. EXPOSITIO ILLIUS SENTENTIAE: *CONDELECTOR ENIM LEGI DEI SECUNDUM INTERIOREM HOMINEM ET CETERA*

Et condelectantur quidem *legi dei secundum interiorem hominem*, qui uisibilia uniuersa transcendens conatur deo soli semper uniri, sed uident *aliam legem in membris suis*, id est in natura humanae condicionis insertam, quae *repugnans legi mentis* eorum captiuum pertrahit sensum uiolenta lege peccati, compellens scilicet eum relicto illo principali bono terrena cogitatione submitti.

2. quae quamuis necessaria atque utilis uideatur, cum dispensatione religiosae cuiuspiam necessitatis inpenditur, comparatione tamen illius boni, quod sanctorum omnium oblectat intuitum, mala utique ab eis ac fugienda decernitur, quia per eam quoquo modo uel ad modicum tempus ab illius perfectae beatitudinis gaudio retrahuntur.

uere enim lex peccati est, quam humano generi praeuaricatio sui iuduxit auctoris, per illius noxam in quem lata est aequissimi iudicis illa sententia: *maledicta terra in operibus tuis: spinas et tribulos germinabit tibi, et in sudore uultus tui edes panem tuum.*

3. haec, inquam, est lex membris omnium inserta mortalium, quae repugnat legi mentis nostrae eamque a diuino arcet intuitu, quaeque maledicta terra in operibus nostris post agnitionem boni ac mali cogitationum spinas coepit ac tribulos germinare, quarum aculeis naturalia uirtutum semina praefocantur, ne illum panem nostrum, qui *de caelo descendit* quique *confortat cor hominis*, edere absque sudore uultus nostri possimus.

omne igitur humanum genus huic generaliter legi sine ulla exceptione subicitur.

nullus enim est quamuis sanctus, qui supra dictum panem non cum sudore uultus suiis et sollicita cordis intentione percipiat. ceterum communi isto pane multi, ut uidemus, diuites sine ullo uultus sui sudore uescuntur.

XII. ITEM ILLIUS: *SCIMUS AUTEM QUONIAM LEX SPIRITALIS EST ET CETERA*

Quam etiam legem beatus apostolus spiritalem adserit dicens: *scimus autem quia lex spiritalis est: ego autem*

11. *An explanation of the phrase: I delight in the law of God according to the inner man and so forth*

1. To be sure, they delight *in the law of God according to the inner man*, who transcends all visible things and who constantly seeks to be united to God alone, but they see *another law in their members* - that is, inserted in the nature of the human condition - which *is at war with the law of their mind* and which leads captive their understanding by the violent law of sin, forcing it to abandon the chief good and to submit to earthly thoughts.

2. Although these seem necessary and useful when they occur in connection with meeting some religious need, yet, in comparison with the good that delights the eyes of all the holy, they are in fact perceived by them as evil and as something to be fled from, because they are in some measure and for a brief while distracted by them from the joy of that perfect blessedness.

For this is the law of sin, which the transgression of its author brought upon the human race by his wrongdoing, and against him was leveled the sentence of the most just Judge: *Cursed is the earth in your labors. It shall bring forth thorns and thistles for you, and you shall eat your bread in the sweat of your brow* (Gen. 3,17-19).

3. This, I say, is the law that has been placed in the members of every mortal, which wars against the law of our mind and keeps it from the divine vision. Now that the earth has been cursed in our works, after the knowledge of good and evil, it begins to bring forth the thorns and thistles of thoughts, by whose nettles the natural seeds of virtue are choked, so that we are unable, apart from the sweat of our brow, to eat our bread *which has come down from heaven* (Joh. 6,33) and which *strengthens the heart of man* (Ps. 104,15).

The entire human race, therefore, is universally subject to this law, without any exception.

For there is no one, however holy, who does not eat the aforementioned bread in the sweat of his brow and with a heart inclined toward anxiety. But there are many rich people, as we see, who eat ordinary bread without any sweat of their brow.

12. *And of this: We know that the law is spiritual and so forth*

1. The blessed Apostle also declares that this law is spiritual when he says: *We know that the law is*

*carnalis sum, uenundatus sub peccato.*

spiritalis enim est lex haec quae iubet nobis, ut in sudore uultus nostri comedamus panem illum uerum *qui de caelo descendit*, sed nos carnales efficit uenundatio illa peccati.

2. quod rogo istud cuiusue peccatum est?

sine dubio Adae, cuius praeuaricatione atque ut ita dicam negotiatione damnosa fraudulentoque commercio uenditi sumus.

omnem enim prolem suam serpentis persuasione seductus illiciti cibi perceptione distractam iugo perpetuae seruitutis addixit.

hic namque mos solet inter uendentem ementemque seruari, ut is qui se alieno cupit dominio mancipare, pretium pro iactura propriae libertatis et additione perpetuae seruitutis a suo consequatur emptore.

3. quod etiam inter Adam atque serpentem manifestissime uidemus impletum.

ille enim a serpente pretium libertatis suae esu interdictae arboris capiens a naturali libertate discessit illique maluit semet ipsum perpetua dedere seruitute, a quo uetiti pomi letale pretium fuerat adsecutus:

qua deinceps condicione constrictus non inmerito omnem posteritatis suae progeniem perpetuo eidem cuius effectus est seruus subdidit famulatu.

quid enim aliud seruile coniugium potest procreare quam seruos?

quid ergo?

numquid emptor iste uersutus et callidus domino uero atque legitimo ius dominationis eripuit?

4. non ita est.

neque enim sic ille omne peculium dei unius fraudis dolositate peruasit, ut potentiam dominii sui uerus dominator amitteret, qui ipsum quoque emptorem quamuis refugam uel rebellem tamen iugo deprimit seruitutis:

sed quia omnibus rationabilibus creaturis arbitrii libertatem creator indulserat, eos, qui se contra fas edacis concupiscentiae transgressione uendiderant,

*spiritual, but I am carnal, sold under sin* (Rom. 7,14).

For this law is spiritual which commands us to eat the true bread *which has come down from heaven* in the sweat of our brow, but being sold under sin makes us carnal.

2. Do I ask what and whose sin this is?

It is certainly Adam's, by whose transgression and - as I might call it - damnable dealing and deceitful transaction we were sold.

When he was seduced by the serpent's persuasiveness and by eating the unlawful food he delivered over all his offspring, now led astray, to the yoke of perpetual slavery.

For it is customary between buyer and seller that the one who wishes to put himself in another's power receives a price from his buyer for the loss of his freedom and for his being delivered over to perpetual slavery.

3. We see very clearly that this is what happened between Adam and the serpent.

Upon eating of the forbidden tree he received the price of his freedom from the serpent and, abandoning his natural freedom, he chose to surrender himself in perpetual slavery to him from whom he had obtained the deadly price of the forbidden fruit.

Constrained from then on by this condition, he quite understandably subjected the whole line of his posterity to the same perpetual servitude in which he had become enslaved.

For what else can a marriage between slaves beget than slaves?

What, then?

Did that sly and clever buyer usurp the right of ownership from the true and lawful owner?

4. By no means.

For he did not inveigle away all of God's belongings by a single fraudulent trick, so that the true owner, who puts the buyer himself - however fugitive and rebellious - under the yoke of slavery, would lose power over his property.

But inasmuch as the Creator had bestowed freedom of choice on all rational creatures, he could not, against their will, recall to their inborn freedom those who by



inuitos ad ingenitam libertatem reuocare non debuit.

the sin of a gluttonous desire had sold themselves contrary to his command.

abhorret siquidem ab illo iustitiae ac pietatis auctore, quidquid bonitati aequitatieque contrarium est.

For whatever is opposed to goodness and justice is repugnant to the Author of righteousness and piety.

5. malum enim fuerat si concessae libertatis beneficium reuocasset, iniustum si liberum hominem potentia sua opprimens atque captiuans libertatis acceptae pontificium exequi non siuisset, cuius salutem in futura tunc saecula reseruauit, ut recto ordine conpleretur statuti temporis plenitudo.

5. For it would have been an evil thing if he had revoked the benefit of the freedom that he had bestowed, and it would have been unjust if he had by force oppressed and taken captive a free man and not permitted him to exercise the power of the freedom that he had received, since he was reserving his salvation for future ages, so that the fullness of the set time might be attained in the proper order.

6. oportebat enim eius subolem tamdiu sub auita condicione durare, quousque eam de originalibus uinculis liberatam in antiquum libertatis statum prioris domini gratia pretio sui sanguinis reformaret, quam potuit etiam tunc saluare, sed noluit, quia eum decreti sui inrumpere sanctionem aequitas non sinebat.

6. It was necessary that his offspring remain in this hereditary condition until, having been freed of their primordial fetters, he restored them to their ancient state of freedom by the grace of their first Lord and at the price of his blood. He could have saved them then, but he did not wish to, because justice did not permit breaking the sanctions imposed by his own decree.

uis nosse causam uenditionis tuae?

Do you want to know the cause for your having been sold?

audi ipsum redemptorem tuum per Esaiam prophetam apertissime proclamantem: *quis est liber repudii matris uestrae, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui uendidi uos? ecce in iniquitatibus uestris uenditi estis, et in sceleribus uestris dimisi matrem uestram.*

Listen to your Redeemer himself declaring very openly by the prophet Isaiah: *What is your mother's bill of divorce, by which I dismissed her? Or who is my creditor, to whom I sold you? Behold, you were sold in your wickedness, and for your crimes I dismissed your mother* (Jes. 50,1).

7. uis etiam euidenter agnoscere, cur te iugo seruitutis addictum redimere potentiae suae uirtute noluerit?

7. Do you also want to know clearly why he did not wish to redeem you by the strength of his own power when you were under the yoke of slavery?

audi quid ad superiora, quibus eisdem famulis peccatorum causam uoluntariae uenditionis exprobrat, adiecerit: *numquid adbreuiata et paruula facta est manus mea, ut non possim redimere? aut non est in me uirtus ad liberandum?*

Listen to what he added to the previous words, with which he reproaches the same slaves of sin with the cause for their willful selling: *Has my hand become short and small, so that I cannot redeem? Or is there in me no strength to save?* (Jes. 50,2).

sed quid huic potentissimae misericordiae eius semper obstiterit, idem propheta demonstrans *ecce*, inquit, *non est adbreuiata manus domini ut saluare nequeat, neque adgrauata est auris eius ut non exaudiat: sed iniquitates uestrae diuiserunt inter uos et deum uestrum, et peccata uestra absconderunt faciem eius a uobis ne exaudiret.*

But the same prophet shows what is always resistant to his most powerful mercy when he says: *Behold, the hand of the Lord has not been shortened so that it cannot save, nor has his ear grown heavy so that it cannot hear. But your wickedness has created a division between you and your God, and your sins have concealed his face from you, so dial he cannot hear* (Jes. 59,1-2).

XIII. ITEM ILLIUS: *SCIO AUTEM QUOD NON HABITAT IN ME, HOC EST IN CARNE MEA BONUM*

Quia ergo carnales nos fecit et spinis ac tribulis condemnauit illa dei prima maledictio, nosque ita iniquo pater noster commercio uenundauit, ut bonum quod uolumus agere nequeamus, dum diuulsi a memoria summi dei ea quae humanae fragilitatis sunt cogitare conpellimur, dum puritatis amore flagrantes incentiuis naturalibus, quae penitus ignorare uellemus, etiam inuiti plerumque conpungimur:

2. *scimus quia non habitat in carne nostra bonum, id est huius quam diximus theoriae atque puritatis perpetua iugisque tranquillitas, sed factum est in nobis istud pessimum ac lugubre diuortium, ut, cum mente legi dei seruire uelimus, numquam scilicet uolentes a claritate diuina, dimouere conspectum, tamen carnalibus tenebris circumfusi quadam lege peccati ab eo quod bonum nouimus cogamur auelli, scilicet ad curas cogitationesque terrenas ab illa mentis celsitudine decedentes, ad quas nos lex peccati, id est illa sententia dei non inmerito condemnauit, quam primus delictor excepit.*

3. et inde est quod beatus apostolus, cum apertissime fateatur ineuitabili se uel omnes sanctos peccati huius necessitate constringi, tamen neminem eorum ob hoc esse damnandum audenter enuntiat dicens: *nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. lex enim spiritus uitae in Christo Iesu liberauit me a lege peccati et mortis:*

id est cotidiana gratia Christi omnes sanctos suos ab hac lege peccati et mortis, in qua iugiter nolentes incurrere coguntur, cum remissionem debitorum suorum dominum deprecantur, absoluit.

4. uidetis ergo non ex persona peccatorum, sed ex illorum qui uere sancti atque perfecti sunt hanc beatum apostolum prompsisse sententiam: *non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago, et: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati quod est in membris meis.*

13. *And of this:* I know that good does not dwell in me, that is: in my flesh

1. Since, then, that first curse of God made us fleshly and condemned us to thorns and thistles, and our father sold us by a wicked transaction, with the result that we cannot do the good that we want as long as we are torn from the recollection of the most high God and are compelled to have thoughts that are human and frail, we are frequently and involuntarily pricked by natural impulses, which we would wish to be utterly ignorant of, even when we are on fire with the love of purity.

2. *We know that good does not dwell in our flesh* (Rom. 7,18a) - namely, the perpetual and constant tranquillity of this theoria and purity, which we have spoken of. But there has grown up in us a very bad and mournful separation, so that, although we wish to observe the law of God in our mind (that is, we wish never to shift our gaze from the divine brilliance), we are nonetheless enveloped in fleshly darkness and by a certain law of sin are forced to be torn from what we know is good. That is, we have fallen from loftiness of mind into the earthly cares and thoughts to which the law of sin - namely, the sentence of God, which the first wrongdoer received - not unjustifiably condemned us.

3. Hence it is that the blessed Apostle, although he avows quite plainly that he and all the holy are constrained under the unavoidable obligation of this sin, nonetheless declares confidently that none of them are condemned on account of this, when he says: *There is, therefore, no condemnation now for those who are in Christ Jesus. For the law of the spirit of life in Christ Jesus has freed me from the law of sin and death* (Rom. 8,1-2).

That is, the daily grace of Christ absolves all of his holy ones from this law of sin and death, which they constantly and involuntarily come up against, when they beseech the Lord for the forgiveness of their sins.

4. You see, then, that the blessed Apostle uttered these words in the person not of sinners but of those who are truly holy and perfect: *The good that I want I do not do, but the evil that I hate, this I do.* And: *I see another law in my members at war with the law in my mind and making me captive to the law of sin that is in my members.*

XIII. OBJECTION, QUOD NEQUE INFIDELIUM PERSONIS CONUENIAT NEQUE SANCTORUM QUOD AIT: *NON ENIM QUOD UOLO FACIO BONUM ET CETERA*

GERMANUS:

Neque eorum qui capitalibus criminibus implicantur neque apostoli uel illorum qui ad eius profecere mensuram hoc dicimus congruere posse personis, sed de his proprie hoc intellegi debere censemus, qui post dei gratiam agnitionemque ueritatis a carnalibus se uitiiis abstinere cupientes antiqua adhuc consuetudine uelut naturali lege in membris suis uiolentissime dominante ad inolitam passionum concupiscentiam pertrahuntur.

usus enim et frequentia delinquendi uelut lex efficitur naturalis, quae membris humanae infirmitatis inserta adfectus animae necdum plenis uirtutum studiis eruditae, sed adhuc rudis ac tenerae ut ita dixerim castitatis captiuos rapit ad uitia, ac morti eos antiqua lege subiciens iugo peccati dominantis addicit, non sinens eos bonum quod diligunt puritatis adipisci, sed potius malum quod execrantur exercere compellens.

XV. RESPONSIO AD OBJECTIONEM PROPOSITAM

THEONAS:

Non parum uestra profecit opinio:

siquidem etiam uos ipsi adstruere iam coepistis in illorum persona qui omnino peccatores sunt hoc penitus stare non posse, illis autem qui se a uitiiis carnalibus abstinere contendunt proprie conuenire.

quos quoniam a peccatorum iam numero segregastis, consequens est ut etiam fidelium atque sanctorum paulatim coetibus inseratis. quae enim genera peccatorum istos dicitis posse committere, quibus si fuerint post gratiam baptismatis inuoluti, rursum per cotidianam Christi gratiam liberentur?

aut de quo mortis corpore apostolus dixisse credendus est: *quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum?*

2. nonne manifestum est, sicut uos quoque ipsos ueritas conpultit confiteri, non de illis capitalium criminum membris quibus stipendium aeternae mortis adquiritur, id est homicidii, fornicationis, adulteriorum, ebrietatis, furtorum atque rapinarum, sed de illo praedicto cui gratia Christi cotidiana

14. *An objection to the effect that the words The good that I want I do not do and so forth, apply neither to unbelievers nor to the holy*

1. GERMANUS:

We say that this can apply to the persons neither of those who are entangled in deadly crimes nor of the Apostle or those who have attained to his stature. We are of the opinion, rather, that this must properly be understood of those who have acquired the grace of God and a knowledge of the truth and who want to abstain from carnal vice, but who are dragged back by their former behavior, as by a law of nature that violently lords it over their members, to the ingrained desire of their passions.

For the practice and frequency of wrongdoing becomes a kind of natural law which, implanted in humanly weak members, leads captive to vice the dispositions of the soul that is not yet fully instructed in zeal for virtue but is still, as I might say, of a naive and infantile chastity. Subjecting them to death by the ancient law, it places them under the yoke of a domineering sinfulness, and it does not permit them to attain to the good of purity that they love; instead it forces them to do the evil dial diey detest.

15. *The reply to the objection that was offered*

1. THEONAS:

You have made considerable progress in your position.

For now you yourselves have also begun to affirm that this cannot have reference to the person of those who are completely sinful, but that it rightly pertains to those who strive to abstain from carnal vices.

